

4 *Affectiones Sacramentorum notabili-*  
*mus tres. Eæ sunt, dignitas, utilitas, & ne-*  
*cessitas.*

5 *Dignitas Sacramentorum pendet à di-*  
*gnitate authoris Jesu Christi Γεωργίπατος.*  
**Trel. lib. 2.** *Instit, loc.* Majestatis enim & Excellentiae solius divi-  
 næ est Sacramentorum institutio; quia solius Dei jus habet signatum promittendi,  
 & potentiam illud ipsum applicandi.

6 *Utilitas* consistit in promissione gra-  
 tiosa sacramentis additâ, quæ velut est ani-  
 ma eorum.

**Zanchius de Religione Christi c. 15. th. 5.** 7 *Necessitas Sacramentorum ita est com-*  
*parata, ut ad salutem quidem sint necessa-*  
*ria, non tamen præcisè & absolutè. Non*  
*enim privatio, sed contemptus sacramen-*  
*torum damnat, teste Augustino.*

8 Numerus sacramentorum in N. T.  
 non est septenarius, sed binarius. Duo e-  
 nim tantum à Christo instituta sunt sacra-  
 menta, Baptismus, Matth. 28. v. 19. Marc.  
 16. v. 15. & 16. & sacra Cœna, Matth. 26. v.  
 26. & seqq. Marc. 14. v. 22. & seqq. Luç. 22.  
 v. 19. & seqq. 1. Cor. 11. v. 24. & seqq.

9 Ad intellectū institutionis Baptismi  
 sequentes determinandæ sunt quæstiones.  
 1. Quid. 2. Quotplex sit Baptismus.  
 3. Qui. 4. Quâ formâ. 5. Quibus ritibus:  
 6. Quos baptizare debeant.

10. Quid